

Alte Drucke

**M. T. CICE=||RONIS EPISTO-||LAE AD COMPLVRES ||
SCRIPTAE, QVAS VVLGO || FAMILIARES APPEL=||LARVNT, ||
CVM ARGVMENTIS GI-||berti Longolij, editæ || DE ...**

Cicero, Marcus Tullius

Lipsiae, 1566

VD16 ZV 30873

MARCI TVLLII CICERONIS EPISTOLARVM LIBER AD C. CASSIVM. ET CAETEROS.

Nutzungsbedingungen

Die Digitalisate des Francke-Portals sind urheberrechtlich geschützt. Sie dürfen für wissenschaftliche und private Zwecke heruntergeladen und ausgedruckt werden. Vorhandene Herkunftsbezeichnungen dürfen dabei nicht entfernt werden.

Eine kommerzielle oder institutionelle Nutzung oder Veröffentlichung dieser Inhalte ist ohne vorheriges schriftliches Einverständnis des Studienzentrums August Hermann Francke der Franckeschen Stiftungen nicht gestattet, das ggf. auf weitere Institutionen als Rechteinhaber verweist. Für die Veröffentlichung der Digitalisate können gemäß der Gebührenordnung der Franckeschen Stiftungen Entgelte erhoben werden.

Zur Erteilung einer Veröffentlichungsgenehmigung wenden Sie sich bitte an die Leiterin des Studienzentrums, Frau Dr. Britta Klosterberg, Franckeplatz 1, Haus 22-24, 06110 Halle (studienzentrum@francke-halle.de)

Terms of use

All digital documents of the Francke-Portal are protected by copyright. They may be downloaded and printed only for non-commercial educational, research and private purposes. Attached provenance marks may not be removed.

Commercial or institutional use or publication of these digital documents in printed or digital form is not allowed without obtaining prior written permission by the Study Center August Hermann Francke of the Francke Foundations which can refer to other institutions as right holders. If digital documents are published, the Study Center is entitled to charge a fee in accordance with the scale of charges of the Francke Foundations.

For reproduction requests and permissions, please contact the head of the Study Center, Frau Dr. Britta Klosterberg, Franckeplatz 1, Haus 22-24, 06110 Halle (studienzentrum@francke-halle.de)

urn:nbn:de:gbv:ha33-1-149860

MARCI TVLLII

CICERONIS EPISTOLARVM

LIBER AD C. CASSIVM.

ET CAETEROS.

M. T. C. C. CASSIO S. P. D. 243



inmem nullum facio, mihi cre-
de Cassi, de te & de Bruto
nostro, id est, de tota Repub-
lica cogitandi: cuius omnis
spes in uobis est, et in D. Bru-
to. Quam quidem iam habeo
ipse meliorem, Republica a
Dolabella meo præclarissia

me gesta. Manabat enim illud malum urbanum,
& ita corroborabatur quotidie, ut ego quidem &
urbi & ocio diffiderem urbano. Sed ita compres-
sum est, ut uideamur omne iam ad tempus ab illo
duntaxat sordidissimo periculo tuti futuri. Reli-
qua magna sunt, & multa, sed posita omnia sunt in
uobis: quanquam primum quidq; explicemus. Nam,
ut adhuc quidem actum est, non regno, sed rege libera-
ti uidemur. Interfecto enim rege, regiones omneis
natus tuemur. Neque uero id solum, sed etiam
quæ ipse ille, si uiueret, non faceret, ea nos quasi
cogitata ab illo probamus. Nec eius quidem
rei finem uideo: tabulæ figuntur, immunitates dana-
tur, pecuniæ maximæ distribuuntur, exules redu-
cuntur, Senatusconsulta falsa referuntur, ut tan-
tummodo odium illud hominis impuri, & Seruitu-
tis dolor depulsus esse uideatur: Respublica iaceat
in

in his perturbationibus, in quas eam ille coniecit. Hæc omnia uobis sunt expedienda: nec hoc cogitandum satis iam habere Rempublicam a uobis. Habet illa quidem tantum, quantum nunquam mihi in mentem uenit optare. Sed contenta non est: et pro magnitudine & animi & beneficij uestri a uobis magna desiderat. Adhuc ultia suas iniurias est per uos interitu tyranni: nihil amplius. Ornamenta uero sua quæ recuperauit? an quod ei mortuo parcat, quem uiuum ferre non poterat? cuius æra refigere debebamus, eius etiam chirographa defendimus? At enim ita decreuimus, facimus id quidem temporibus cedentes, quæ ualent in Repub. plurimum: sed immoderate quidem et ingrate nostra facilitate abutuntur. Verum hæc propediem, & multa alia coram. Interim uelim sic tibi persuadeas, mihi cum Reipub. quam semper habui carissimam, tum amoris nostri causa, maximæ curæ esse tuam dignitatem. Da operam ut ualeas.

2
quasi *recipere* *vare* *perare*
Vehementer lætor tibi probari sententiam & orationem meam, quasi sapius uti liceret, nihil esset negocij, libertatem & Rempublicam recuperare. Sed homo amens & perditus, multoq; nequior, quam ille ipse, quem tu nequissimum occisum esse dixisti, cædis initium querit, nullamq; aliam ob causam me autorem fuisse Cæsaris interficiendi criminatur, nisi ut in me ueterani incitentur. Quod ego periculum non extimesco, modo facti uestri gloriam cum mea laude communicem. Ita nec Pisoni, qui in

cum primus inuectus est nullo assentiente, nec mihi, qui idem tricesimo post die feci, nec Publio Seruilio, qui me est cōsecutus, tuto in senatum uenire, licet. Cædernenim gladiator quærit, cuiusq; initium ad XIII. Calend. Octobris a me se facturum putauit. Ad quem paratus uenerat, cum in uilla Metelli complureis dies commentatus esset. Quæ autem in lustris, & in uino commentatio potuit esse? Itaq; omnibus est uisus, ut ad te antea scripsi, suo more uomere, non dicere. Quare quod scribis te confidere, autoritate & eloquentia nostra aliquid profici posse: non nihil, ut in tantis malis, est profectum. Intelligit enim populus Romanos treis esse Consulares, qui, quia quæ de Res publica bene senserint, libere locuti sunt, tuto in senatum uenire non possint. Nec est præterea quod quicquam expectes. Tuus enim necessarios affinitate noua delectatur. Itaq; iam non est studiosus ludorum infinitoq; fratris tui plausu disrumpitur. Alter item affinis uouis commentarijs Cæsaris delinitus est. Sed hæc tolerabilia. illud non ferendum quod est, qui uestro anno consulem filium suum futurum putet, ob eamq; causam se huic latroni deseruire præ se ferat. Nam L. Cotta familiaris meus fatali quadam desperatione, ut ait, minus in senatum uenit. L. Cæsar optimus & fortissimus ciuis ualetudine impeditur. Seruius Sulpitius & summa autoritate & optime sentiens nō adest. Reliquos, exceptis designatis (ignosce mihi, si non numero) Consulares babes autores consilij publici: qui numerus etiam bonis rebus exiguus esset: quid censes perditis? Quare spes est omnis in uobis: qui si idcirco abestis, ut sitis in tuto, ne in

Z s

uobis

uobis quidem: sin aliquid dignū uestra gloria cogita-
tis, uelim saluis nobis. sin id minus, res tamen publicæ
per uos breui tempore ius suum recuperabit. Ego ne
is neq; desum, neq; deero: qui siue ad me referrent, siue
non, mea tibi tamen beneuolentia, fidesque præstabitur.
Vale,

M. T. C. C. CASSIO S. P. D. 245

3
A vget tuus amicus furorem indies: primum in
statua quam posuit in Rostris, inscripsit PARRICIDÆ
RENT. P. OPT. MER. ut non modo sicarij,
sed iam etiam parricidæ iudicemini: quid dico iudice
mini? iudicemur potius. Vestri enim pulcerrimi faciit
ille furiosus me principem dicit fuisse. Utinam quidē
fuissem, molestus nobis non esset. Sed hoc uestrum est:
quod quando præterijt, utinam haberem quid darem
uobis consilij. Sed ne mihi quidem ipsi reperio, quid
faciendum sit. Quid enim est, quod contra uim sine ui
fieri possit? Consilium autem omne hoc est illorum,
ut mortem Cæsaris persequantur. Itaque ante diem
Sex. Nonis Octobris productus in concionem a Canu-
tio, turpissime ille quidem discessit. sed tamen ea dixit
de conseruatoribus patriæ, quæ dici deberent de pro-
ditoribus. De me quidem non dubitant, quin omnia
de meo cōsilio, & uos fecissetis, & Canutius faceret.
Cætera cuiusmodi sint ex hoc iudica, quod Legato
tuo uiaticum eripuerunt. Quid eos interpretari pua-
tas, cum hoc faciunt? ad hostem scilicet portari.
O rem miseram, dominum ferre non potuimus, con-
seruo seruimus. Et tamen me quidem fauente magis
quam

quam sperante, etiam nunc residet spes in uirtute tua: sed ubi sunt copiae? De reliquo, malo te ipsum loqui tecum, quam dicta nostra cognoscere. Vale.

M. T. C. C. CASSIO S. P. D. 246

4
Vellem Idibus Martijs me ad caenam inuitasset: reliquiarum nihil fuisset. Nunc me reliquiae uestra exercent, & quidem praeter caeteros me: quam egregios Cōsules habemus, sed turpissimos consularis: Senatum fortem, sed in infimo queng; honore fortissimū. Populo uero nihil fortius, nihil melius Italiae, uniuersa. Nihil autem faedius Philippo et Pisonē legatis, nihil flagitiosius: qui cum essent missi, ut Antonio ex senatus sententia certas res nunciarent: cum ille earum rerum nulli paruisset, ultro ab illo ad nos intolerabilia postulata retulerunt. Itaque ad nos concurritur: factiq; iam in re saluari populares sumus. Sed tu quid ageres, quid acturus, ubi deniq; esses, nesciebā. Fama nunciabat te esse in Syria: autor erat nemo. De Bruto, quo propius est, eo firmiora uidentur esse, quae nunciantur. Dolabella ualde uituperabatur ab hominibus nō insulsis, quod tibi ita cito succederet, cum tu uix dū triginta dies in Syria fuisses. Itaq; constabat, cum recipi in Syriam non oportere. Summa laus et tua & Bruti est, quod exercitum praeter spem existimamini comparasse. Scriberem plura, si rem cauissamq; nossē. Nunc quae scribo, scribo ex opinione hominum, atq; fama. Tuas literas auide expecto. Vale.

M. T. C. C. CASSIO S. P. D. 247

Hye

H yemem credo adhuc prohibuisse, quo minus de
 te certū haberemus, quid ageres, maximeq; ubi
 esses. Loquebantur omnes tamen, credo quod uo-
 lebant, in Syria te esse, habere copias. Id autem eo fi-
 cilius credebatur, quia simile uero uidebatur. Brutus
 quidem noster egregiam laudem est consecutus. Res
 enim tantas gessit, tamq; inopinatas, ut ea, cum per-
 se gratæ essent, tum gratiores propter celeritatem.
 Quod si tu ea tenes, quæ putamus, magnis subsidij sal-
 ta Respublica est. A prima enim ora Græcia, usq;
 ad Aegyptum, optimorum ciuiū imperijs muniti er-
 mus & copijs. Quanquam nisi me fallēbat, res sic
 se habebat, ut totius belli omne discriminē in D. Bruto
 positum uideretur: qui si, ut sperabamus, erupissent
 Mutina, nihil belli reliqui fore uidebatur. Paruis o-
 mnino iam copijs obsidebatur, quod magno præsidio
 Bononiam tenebat Antonius. Erat autem Claterna
 noster Hirtius, ad Forum Cornelium Cæsar, uterque
 cum firmo exercitu: magnasq; Romæ Pansa copias
 ex delectu Italiæ compararat. Hyems adhuc rem
 geri prohibuerat. Hirtius nihil nisi considerate, ut
 mihi crebris literis significat, acturus putabatur.
 Præter Bononiam, Reginum Lepidi, Parmam, totam
 Galliam tenebamus studiosissimam Reipublicæ. Tuus
 enim clientis Transpadanos mirifice coniunctos cum
 causa habebamus. Erat firmissimus senatus, ex-
 ceptis consularibus: ex quibus unus L. Cæsar firmus
 est & rectus. Seruij Sulpitij morte magnum præsi-
 dium amisimus. Reliqui partim inertes, partim im-
 probi: nonnulli inuident eorum laudi, quos in Repub-
 lica probari uident. Populi uero Romani, totiusque
 Italiæ

Italiæ mira consensio est. Hæc erant fere, quæ tibi nota esse uellem. Nunc autem opto, ut ab istis Orientis paribus uirtutis tuæ lumen eluceat. Vale.

M. T. C. C. CASSIO S. P. D. 248

Qui status rerum fuit, tum cum has literas dedisti, scire poteris ex C. Tidio Strabone, uiro bono, & optime de Republica sentiente: nam quid dicam cupidissimo tui, qui domo & fortunis relictis, ad te porissimum profectus sit? Itaq; cum tibi ne commendo quidem: aduentus ipsius ad te satis eum commendabit. Tu uelim sic existimes, tibiq; persuadeas, omne periculum bonorum in te & Bruto esse positum, si, quod nolim, aduersi quid euenerit. Res cum hæc scribebam erat in extremum deducta discrimen. Brutus enim Mutinæ uix iam sustinebat. Qui si ~~conuersatus~~ *conservatus* erit, uicimus: sin (quod Diu omen auertant) oppressus ibi erit: omnis omnium cursus est ad uos. Proinde fac tantum animum habeas, tantumq; apparatus, quanto opus est ad uniuersam Rempub. recuperandam. Vale.

M. T. C. C. CASSIO S. P. D. 249

Quanto studio dignitatem tuam, & in senatu & ad populum defenderim, ex tuis te malo quam ex me cognoscere. Quæ mea sententia in Senatu facile ualuisse, nisi Pansa uehementer obstitisset. Ea sententia dicta, productus sum in concionem a Tribuno plebis M. Seruilio. Dixi de te, quæ potui, tanta contentione, quantum forum est tanto clamore,

re, consensuq; populi, ut nihil unquam simile uiderim.
Id uelim mihi ignoscas, quod inuita socru tua fecerim.
Mulier timida uerebatur, ne Pansa animus offendere
tur. In concione quidem Pansa dixit, matrem quoq;
tuam & fratrem, illam a me sententiam noluisse dici.
Sed me hæc non mouebant, alia malebam. Fauebam
& Reipublicæ, cui semper faui, & dignitati ac glo-
riæ tuæ. Quod autem & in senatu plurib. uerbis dissi-
serui & dixi in concione, in eo uelim fidem meam li-
beres. Promisi enim, & prope confirmaui, te non ex-
pectasse, nec expectaturum decreta nostra: sed te ip-
sum tuo more Rempub. defensurum, & quanquam ni-
hil dum audieramus, nec ubi esses, nec quas copias ho-
beres: tamen sic statuebam, omnes quæ in istis parti-
bus essent, opes, copiasq; tuas esse: per teq; Asiam pro-
uinciam confidebam iam Reipublicæ recuperatam.
Tu fac in augenda gloria te ipsum uincas. Vale.

M. T. C. CASSIO

250

S. P. D.

8

Scelus affinis tui Lepidi, summamq; leuitatem &
inconstantiam ex actis, quæ ad te mitti certo
scio, cognosse te arbitror. Itaq; nos confecto bello, ut
arbitrabamur, renouatum bellum gerimus: spemq; o-
mnem in D. Bruto & Planco habemus: si uerum
queris, in te & in meo Bruto non solum ad præsens
perfugium, si (quod nolim) aduersi quid acciderit,
sed etiam ad confirmationem perpetuæ libertatis.
Nos hic de Dolabella audiebamus, quæ uellemus: sed
certos autores non habebamus. Te quidem magnam
bonie

hominem et præsentis iudicio, & reliqui temporis expectatione scito esse. Hoc tibi proposito, fac ut ad summa contentas. Nihil est tantum, quod non populus Romanus a te perfici atque obtineri posse iudicet. Vale.

M. T. C. C. CASSIO S. P. D. 251

Breuitas tuarum literarum me quoque breuiorem in scribendo facit: et uere ut dicam, non satis occurrat quid scribam. Nostras enim res in actis perferri ad te certo scio: tuas autem ignoramus. Tanquam enim clausa sit Asia, sic nihil perfertur ad nos, præter rumores de oppresso Dolabella, satis illos quidem constanteis, sed adhuc sine autore. Nos confectum bellum cum putaremus, repente a Lepido tuo in summam solitudinem adducti sumus. Itaque persuade tibi maximam Reipublicæ spem in te, & in tuis copiis esse. Firmos omnino exercitus habemus: sed tamen ut omnia (ut spero) prospere procedant, multum interest te uenire. Exigua est enim spes Reipublicæ, nam nullam non libet dicere: sed quæcumque est, ea desponsa detur anno consulatus tui. Vale.

M. T. C. C. CASSIO S. P. D. 252

Lepidus tuus affinis, meus familiaris pridie Cal. Quintileis, sententijs omnibus hostis a senatu iudicatus est, cæteri qui una cum illo a Republica decesserunt: quibus tamen ad sanitatem redeundi ante Calend. Septembris potestas facta est. Fortis sane senatus, sed maxime spe subsidij tui. Bellum quidem cum

cum hæc scribebam, sane magnum erat scelere & leuitate Lepidi: Nos de Dolabella quotidie, quæ uelamus, audimus: sed adhuc sine capite, sine autore, ueremore nuncio. Quod cum ita esset: tamen literis tuis, quas Nonis Maijs ex castris datas acceperamus, ita persuasum erat ciuitati, ut illum iam oppressum omnes arbitrarentur, te autem in Italiam uenire cum exercitu: ut si hæc ex sententia confecta essent, confusio atq; autoritate tua roboraremur: sin quid forte titubatum esset, ut fit in bello, exercitu tuo niteremur. Quem quidem ego exercitum, quibuscumq; poteris rebus ornabo, cuius rei tum tempus erit, cum quid opis Reipub. laturus exercitus sit, aut quid iam tulerit, notum esse cæperit. Nam adhuc tantum conatus audiuntur, optimi illi quidem & præclarissimi, sed gesta res expectatur. quam quidem aut iam esse aliquam, aut appropinquare confido. Tua uirtute, magnitudine animi nihil est nobilius: itaq; optamus, ut quamprimum te in Italia uideamus: Rempublicam nos habere arbitramur, si uos habebimus. Præclare uiceramus, nisi spoliatum, inermem, fugientem Lepidus recepisset Antonium. Itaq; nunquam tanto odio ciuitati Antonius fuit, quanto est Lepidus. Ille enim ex turbulenta Repub. hic ex pace & uictoria bellum excitauit. Huic oppositos Consules designatos habemus, in quibus est magna quidem spes, sed anceps cura propter incertos exitus præliorum. Persua de tibi igitur, in te & in Bruto tuo esse omnia: uos expectari, Brutum quidem iam iamq;. Quod si, ut spero, uictis hostibus nostris ueneritis: tamen autoritate uestra Respub. exurget, & in aliquo statu tolerabili

cessisset. Sunt enim permulta, quibus erat medendum:
etiam si Respub. satis esse uidebitur sceleribus hostio-
rum liberata. Vale.

C. CASS. PROCONS. M. T. C.

S. P. D.

253

Si uales bene est, ego quidem ualeo. In Syriam me
profectum esse scito ad L. Marcum, & Q. Cri-
spum imperatores. Viri fortes, optimiq; ciues, postea
quam audierunt, quæ Romæ gererentur, exercitus
mibi tradiderunt. Ipsi; mecum una fortissimo animo
Rempublicam administrant. Item legionem, quam
Q. Cæcilius Bassus habuit, ad me uenisse scito. Quatu-
orq; legiões, quas A. Alienus ex Aegypto eduxit, tra-
ditas ab eo mihi esse scito. Nunc te cobortatione non
puto indigere, ut nos absenteis, Remq; publicam, quan-
tum opus est, defendas. Scire te uolo, firma præsidia
nobis, senatuiq; non deesse, ut optima spe, & maximo
animo Rempublicam defendas. Reliqua tecum aget
L. Carreius familiaris meus. Vale. Data Nonis Mar-
tis, ex castris Taricheis.

C. CASS. M. T. C. S. P. D. 254

Si uales bene est, ego quidem ualeo. Legi tuas li-
teras, in quib; mirificum tuum erga me amorem
recognoui. Videbaris enim non solum fauere nobis, id
quod & nostra & Reipublicæ causa semper fecisti:
sed etiam grauem curam suscepisse, uehementerq; es-
se de nobis sollicitus. itaq; quod te primum existimare
putabam, nos oppressa Republica quiescere non pos-
se, deinde cum suspicari nos moliri, & te sollicitum
esse

esse & de salute nostra, & de rerum euentu putabam, simul ac legiones accepi, quas A. Allienus eduxerat ex Aegypto, scripsi ad te, ac tabellarios complures Romam misi. Scripsi etiam ad senatum literas, quas reddi uctui prius, quam tibi recitatae essent: si forte mei obtemperare mihi uoluerint. Quod si literae per latae non sunt, non dubito, quin Dolabella, qui nefarius Trebonio occiso Asiam occupauit, tabellarios meos deprehenderit, literasque interceperit. Exercitus omnium meorum, qui in Syria fuere, teneo. Habui paululum morae, dum promissa militibus persoluo. Nunc iam sum expeditus. A te peto, ut dignitatem meam tibi commendatam habeas, si me intelligis nullum neque periculum, neque laborem patriae denegasse: si contra importunissimos latrones arma cepi te hortante et autore, si non solum exercitum ad Rempublicam libertatemque defendendam comparauimus, sed etiam crudelissimis tyrannis eripui. Quem si occupasset Dolabella, non solum uentum, sed etiam opinionem & expectationem exercitus sui, Antonium confirmasset. Quas ob res milites tuere, si eos mirifice de Republica meritos esse animaduertis, & effice, ne quem poeniteat, Rempublicam, quam ipsum praedae & rapinarum sequi maluisse. Item Marci & Crispi imperatorum dignitatem, quantum est in te, tuere. Nam Bassus misere noluit mihi legionem tradere. Quod nisi milites inuito eo legatos ad me misissent, clausam Apameam tenuisset, quoad uires ex pugnata. Haec a te peto, non solum Republicam, quam tibi semper fuit carissima, sed etiam amicitiam nostrae nominis, quam confido apud te plurimum posse. Crede mihi, hunc exercitum quem habeo, senatus atque

que

ne optimi cuiusq; esse, maximeq; tuum. De cuius uo-
luntate assidue audiendo, mirifice te diligit, carumq;
habet. Qui si intellexerit commoda sua curæ tibi es-
se debere etiam se tibi omnia putabit. Literis scrip-
tis, audiui Dolabellam in Ciliciam uenisse cum suis
copijs, proficiscar in Ciliciam, quid egerim celeriter
ut scias, dabo operam. Ac uelim, ut meremur de Re-
pub. sic felices simus. Fac ut ualeas, meq; ames. Nonis
Idijs, ex castris. Vale.

G. CASSIVS S. D. M. T. C. 255

15
Suales, bene est, ego quidem ualeo. Cum Reipus
blica uel salute uel uictoria gaudemus: tum instau-
ratione tuarum laudum, quod maximus consularis ma-
ximum consulem te ipsum uicisti, & latamur, & mi-
rari satis non possumus. Fatale nescio quid tua uira
tanti datum: id quod iam experti sumus. Est enim tua
toga omnium armis felicior: quæ nunc quoq; nobis pe-
ne uictam Rempub. ex manibus hostium eripuit ac red-
didit. Nunc ergo uiuemus liberi: nunc te omnium ma-
ximum ciuem, & mihi charissimum, id quod maxime
Reipub. tenebris comparasti: nunc te habebimus te-
stem nostri & in te & in coniunctissimam tibi Rem-
publicam amoris: & quæ sæpe pollicitus es, te & ta-
cturum, dum serui essemus, & dicturum de me tum,
cum mihi profutura essent: nunc illa non ego quidem
tibi tantopere desiderabo, quam sentire a te ipso. Ne-
que enim omnium iudicio malim me a te commenda-
ri, quam ipse tuo iudicio digne, ac mereor, commenda-
tus esse: ut hæc nouissima nostra facta non subita,
sed inconuenientia, sed similia illis cogitationibus, qua-

rum tu testis es, fuisse iudices : meq; ad optimam spem patriæ non minimum tibi ipsi producendum puer. Sunt tibi Marce Tulli liberi, propinqui; digni quidem te, & merito tibi carissimi esse etiam debent in Republica proxime hos cari, qui studiorum tuorum sunt amuli: quorum esse cupio tibi copiam. Sed tamen non maxima me turbare puto excludi, quo minus tibi uacet me excipere, & ad omnia, quæ uelis & probes, producere. Animum tibi nostrum fortasse probauimus: ingenium certe diutina seruitus qualemcumq; est, minus tamen, quam erat, passa est uideri. Nos ex ora maritima Asiæ prouinciæ, & ex insulis, quas potuimus, naueis deduximus. Delectum remigum magna contumacia ciuitatum, tamen satis celeriter habuimus. Secuti sumus classem Dolabellæ, cui Lucilius præerat: cui spem sæpe transitionis præbendo, neque unquam non decedendo, nouissime Coricum se contulit, & clauso portu se tenere cepit. Nos illa relicta, quod & in castra peruenire satius esse putabamus, & sequebatur clas sis altera, quam anno priore in Bithynia Tullius Cimber compararat, cui Turullius quæstor præerat, Cyprum petiimus. Ibi, quæ cognouimus, scribere ad uos quam celerrime uoluimus. Dolabellam ut Tarsenses pessimi socij, ita Laodicea multi amentiores ultro accersierunt: ex quibus utrisq; ciuitatibus, Græcorum militum numero, speciem exercitus effecit. Castra habet ante oppidum Laodiceam posita, & partem muri demolitus est, & castra oppido coniunxit. Cassius noster cum decem legionibus & cohortibus, uiginti auxiliarijs, & quatuor millium equitatu, a millibus passuum uiginti castra

fra habet posita cum uallo: & existimat se sine præ
lio posse uincere. Nam iam ternis tetradrachmis tri
ticum penes Dolabellam est, ut nisi quid nauibus Lao
dicensorum supportarit, cito fame pereat, necesse sit.
Ne supportare possit, & Cassij classis bene magna,
cui præest Sextilius Rufus, & tres, quas nos adduxi
mus ego, Turulius, & Patiscus facile præstabunt. Et
nolo uos bene sperare, & Rempublicam, ut & uos
iis expedistis, ita pro nostra parte celeriter iter
nobis expediri posse, confidere. Vale. Data Idibus Iu
nij, Cypri, Acromani lacride.

LENTVLVS CICERONI S. P. D. 256

Cum Brutum nostrum conuenissem, eumq; tar
dius in Asiam uenturum animaduertentem: in
Asiam redij, ut reliquias mei laboris colligerem, &
pecuniam quam primum Romam mitterem. Interim
cognoui in Cilicia esse Classem Dolabellæ, amplius
quam centum naueis onerarias, in quas exercitus eius
imponi posset. Idq; Dolabellam ea mente comparasse,
se, ut si Syriæ spes eum frustrata esset, conscenderet in
naueis, & Italiam peteret, seq; cum Antonijs & rea
liquis latronibus coniungeret. Cuius rei tanto in
timore fui, ut omnibus rebus relictis cum paucioribus
& minoribus nauibus ad illas ire conatus sim. Quæ
res, si a Rhodijs non interpellatus essem, fortasse tota
sublata esset: tamen magna ex parte profligata est.
Quandoquidem classis dissipata est: aduentus nostri
timore milites ducesq; effugerunt: onerariæ omneis
ad unam a nobis sunt exceptæ. Certe (quod maxime

14

timui)

a 3

timui) uideor etiam consecutus, ut non possit classe
Dolabella in Italiam peruenire, nec socijs suis firmis
tis durius uobis efficere negocium. Rhodij nos, &
Rempubicam quam ualde desperauerint, ex literis,
quas publice misi, cognosces. Et quidem multo par-
cius scripsi, quam reuera furere eos inueni. quod uero
aliquid de his scripsi, mirari noli: mira est eorum de-
mentia, nec me mea ulla priuatim iniuria mouerunt
unquam: malus animus eorum in nostram salutem, cu-
piditas partium aliarum, perseverantia in contemti-
one optimi cuiusque, ferenda mihi non fuit, nec tamen
omneis perditos esse puto. Sed idem illi, qui tum
fugientem patrem meum, qui L. Lentulum, qui Pomo-
peium, qui ceteros uiros clarissimos non receperunt:
idem tanquam aliquo fato, & nunc aut magistratum
gerunt, aut eos, qui sunt in magistratu, in sua habent
potestate. Itaque eadem superbia & improbitate
utuntur. Quorum improbitatem aliquanto re-
tundi, & non pati impunitate augeri, non solum mihi
le est Reipublicæ nostræ, sed etiam necessarium. De
nostra dignitate uelim tibi ut semper curæ sit: et quo-
cumque tempore occasionem habueris, & in senatu, &
in cæteris rebus laudi nostræ suffragere. Quando
consulibus decreta est Asia, & permissum est ijs, ut
dum ipsi uenirent, darent negotium, qui Asiam obita-
neant: rogo te petas ab ijs, ut hanc dignitatem por-
tissimum nobis tribuant, & mihi dent negocium, ut
Asiam obtineam, dum ipsorum alteruter uenit. Nam
quod huc properent in magistratu uenire, aut exere-
citum mittere, causam non habent. Dolabella enim
in Syria est: & ut tu diuina tua mente prospexisti,

Et prædicasti, dum isti uenient, Cassius enim oppri-
met. Exclusus enim ab Antiochia Dolabella, Et in
oppugnando male acceptus, nulla alia confusus urbe,
Laodiceam, quæ est in Syria ad mare, se contulit: ibi
spero celeriter eum pœnas daturum. Nam neque
quo refugiat, habet: neque diutius ibi poterit tantum
exercitum Cassij sustinere. Spero etiam confectum es-
se iam, Et oppressum Dolabellam. Quare non pu-
to Pansa et Hirtium in Consulatu properaturos
in prouincias exire, sed Romæ acliuros Consulatum.
Itaque si ab his petieris: ut interea nobis procuratio-
nem Asiæ dent, spero te posse impetrare. præterea
mibi promiserunt Pansa et Hirtius coram, Et ab-
senti mibi scripserunt: Verrioque nostro Pansa affir-
mauit, se daturum operam, ne in suo consulatu mibi
succedatur. Ego porro non mediis fidiis cupiditate
prouinciæ produci longius spaciū mibi uolo. nam
mibi fuit ista prouincia plena laboris, periculi, detri-
menti. Quæ ego ne frustra subirem, neue prius,
quam reliquias meæ diligentia consequar, decedere
cogar, ualde laboro. Nam si potuissem, quam ex-
geram pecuniam, uniuersam mittere: postularem,
ut mibi succederetur. Nunc quod Cassio dedi,
quod Trebonij morte amisimus, quod etiam crudeli-
tate Dolabellæ, aut perfidia eorum, qui mibi fidem
Reipublicæ non præstiterunt: id consequi, Et re-
ficere uolo. Quod aliter non potest fieri, nisi spa-
cium habuero: id ut per te consequar, uelim, ut solet,
tibi curæ sit. Ego me de Republica ita puto esse
meritum, ut non prouinciæ istius beneficium expecta-
re debeam, sed tantum, quantum Cassius, Et Bruti,

non solum illius facti, periculique societate, sed etiam
huius temporis studio et uirtute. Primus enim ego
Antonianas fregi, primus equitatum Dolabellæ
ad Rempub. traduxi, Cassioque tradidi: primus dele-
ctus habui pro salute omnium contra coniurationem
sceleratissimam: solus Cassio et Reipub. Syriam, exer-
citusque qui ibi erant, coniunxi. Nam nisi ego tantam
pecuniam, tantaque præsidia, et tam celeriter Cassio
dedissem: ne ausus quidem esset ire in Syriam: et nunc
non maiora pericula Reipub. a Dolabella instarent,
quam ab Antonio. Atque hæc omnia is feci, qui et solda-
tis et familiarissimis Dolabellæ eram, coniunctissi-
mus sanguine Antonijs: provinciam quoque illorum te-
nere non habebam: sed prædicta ipsius iudicio fieri,
omneis meis bellum primus indixi. Hæc etsi adhuc
non magnopere mihi tulisse fructum animaduerto, ta-
men non despero: nec defatigabor permanere, non so-
lum in studio libertatis, sed etiam in labore et peri-
culis. Attamen si etiam aliqua gloria iusta et merita
prouocabimur senatus, et optimi cuiusque officijs
ma iore cum autoritate apud cæteros erimus, et eo plus
prodesse Reip. poterimus. Filium tuum, ad Brutum cum
ueni, uidere non potui, ideo quod iam in hyberna cum
equitibus erat profectus. Sed medijs fidijs ea esse eorum
opinionem, et tua, et ipsius, et in primis mea causa
gaudeo. Fratris enim loco mihi est, qui ex te natus, et
que dignus est. Vale. Data, IIII, Calend. Iunij, Pergæ.

P. LENTVLVS P. F: PROQVAESTOR

P. R. COSS. PRAET. TRIB. PL.

257

SEN. P. Q. R. S. P. D.

Si

15.

S Inaletis, liberiq; V. V. B. B. V. Scelere Dolabellæ oppressa Asia, in proximam prouinciam Macedoniam, præsidiaq; Reipublicæ, quæ M. Brut. V.C. tenebat, me contuli: & id egi, ut per quos celerime posset, Asia prouincia, uestigaliaq; in uestram potestatem redigerentur. Quod cum pertinuisset Dolabella, & uastata prouincia, correptis uestigalibus præcipue ciuibus Romanis omnibus crudelissime denudatis ac diuenditis, celerius Asia excessisset, quam eo præsidium adduci potuisset: diutius morari, aut expectare præsidium non necesse habui: & quam primum ad meum officium reuertendum mihi esse existimaui, ut & reliqua uestigalia exigere, & quam de posui pecuniam, colligerem: quicquid ex ea correptum esset, aut quorum id culpa accidisset, cognoscerem quam primum, & uos de omni re facerem certiores. Interim cum per insulas in Asiam nauiganti mihi nuntiatum esset, classem Dolabellæ in Lycia esse, Rhodiosq; nauis complureis instructas & paratas in aqua habere: cum ijs nauibus, quas aut mecum adduxeram aut comparauerat Patiscus Proquæstor, homo mihi cum familiaritate, tum etiam sensibus in Republica coniunctissimus, Rhodum reuerti, confusus autoritate uestra, senatusque consulto, quo hostem Dolabellam indicarat is: fœdera quoq; quod cum his M. Marcello, Seruio, Sulpitio COSS. renouatum erat: quo iurauerant Rhodij eosdem hosteis se habituros, quos S.P.Q.R. Quæ res non uehementer fœellit. Tantum enim absuit, ut illorum præsidio nostrâ firmaremus classem, ut etiam a Rhodijs urbe, portu statione, quæ extra urbem est, commcatu, aqua deniq; prohiberetur

21

tur nostri milites: nos uix ipsi singulis cum nauigialis recipere. Quam indignitatem, demumitionemque maiestatis non solum iuris nostri, sed etiam imperij, populiq; Romani, idcirco tulimus, qd interceptis literis cognoramus Dolabellam, si desperasset de Syria, Aegyptoque, quod necesse erat fieri, in naueis cum omnibus suis latronibus, atq; omni pecunia conscendere esse paratū, Italiamq; petere: idcirco etiam naueis onerarias, quarum minor nulla erat duum millium amphorarum, contractas in Lycia a classe eius obsideri. Huius rei timore, Patres Conscripti, percitus, iniurias perpeti, & cū contumelia etiam nostra omnia prius experiri malui. Itaq; ad illorum uoluntatem introductus in urbem, & in senatum eorum, quam diligentissime potui, causam Reipublicæ egi: periculumq; omne, quod instaret, si ille latro cum omnibus suis naueis conscendisset, exposui. Rhodios autem tanta importunitate animaduerti, ut omnes firmiores putarent, quam bonos: ut hanc concordiam, & conpirationem omnium ordinum ad defendendam libertatem, propense non crederent esse factam: ut patientiam senatus, & optimi cuiusq; manere etiam nunc confiderent, nec potuisse audere quenquam Dolabellam hostem iudicare: ut deniq; omnia, quæ improbi fingebant, magis uera existimarent, quam quæ uera facta erant, & a nobis docebantur. Quam mente etiam ante nostrum aduentum, post Trebonij indignissimam cædem, cæteraq; tot, tamq; nefaria facinora binæ profectæ erant ad Dolabellam legationes eorum, & quidem nouo exemplo, contraleges ipsorum, prohibentibus ijs, qui tū magistratus gerebant,

hant. Hæc siue timore (ut discitant) de agris ,
quos in continenti habent , siue furore , siue potentia
paucorum , qui & antea pari contumelia uiros cla-
rissimos affecerant , & nunc maximos magistratus
gerentes , nullo exemplo , neq; uestra ex parte , neque
nostro præsentium , neque imminenti Italiae urbiq;
nostre periculo , si ille parricida cum suis latronibus
nauiibus ex Asia , Syriaque expulsus Italiam petisset ,
mederi cum facile possent , uoluerunt . Nonnullis
etiam ipsi magistratus ueniebant in suspicionem de-
tinuisse nos , & demoratos esse dum classis Dolabellæ
certior fieret de aduentu nostro . Quam suspicio-
nem consecutæ res aliquot auxerunt . maxime quod
subito ex Lycia Sext. Marcius , & C. Titius legati
Dolabellæ a classe discesserunt , nauiq; longa profu-
gerunt onerarijs relictis , in quibus colligendis nõ mi-
nimum temporis , laborisque consumserunt . Itaque
cum a Rhodo cum ijs , quas habueramus nauibus , in
Lyciam uenissimus , naueis onerarias recepimus , do-
minisq; restitimus : ijdemq; quod maxime uereba-
mur , ne posset Dolabella cum suis latronibus in Italia
uenire , timere desijmus . classem fugientem perse-
cuti sumus usq; in Sydam , quæ extrema regio est pro-
uinciae meae . Ibi cognoui partem nauium Dolabel-
læ diffugisse , reliquas Syriam Cyprumq; petijisse .
Quibus disiectis , cum scirem C. Cassij singularis ciuis
& ducis classem maximam fore præsto : in Syriam
ad meum officium reuerti : dabog; operam , ut meum
studium & diligentiam uobis P. C. Reiq; publ. præ-
stem : pecuniamq; quam maximam potero , & quam
celerrime cogam , omnibusq; cum rationibus ad uos
mita-

mittam. Si percurrero prouinciã, & cognouero qui nobis et Reip. fidem præstiterunt in conseruanda pecunia a me deposita, quiq; scelere ultro deferentes pecuniam publicã, hoc munere societatem facinorum cum Dolabella inierunt, faciam uos certiores. De quibus, si uobis uidebitur, si ut meriti sunt, grauitè cõstitueritis, nosq; uestra autoritate firmaueritis, facilius et reliqua exigere uocigalia, et exacta seruare poterimus. Interea quo cõmodius uocigalia tueri, prouinciãq; ab iniuria defendere possim, f̃sidium necessarium, uoluntariumq; cõparau. His literis scriptis, milites circiter XXX quos Dolabella ex Asia conscripserat, et Syria fugientes in Pamphiliam uenerunt. hi nunciauerunt. Dolabellam Antiochiã, quã in Syria est, uenisse, non receptum, conatum esse aliquoties ui introire, repulsum semper esse cum magno suo detrimento. Itaque centum circiter amissis, ægrisq; complurib. relictis, noctu Antiochia profugisse Laodiceam uersus. Ea nocte omnes fere Asiaticos milites ab eo discessisse: ex his ad octingentos Antiochiam rediisse, & se ipsis tradidisse, qui a Cassio relictis, urbi illi præerant: ceteros per Amanum in Ciliciam descendisse: quo ex numero, se quoque esse dicebant. Cassium autem cum suis omnibus copijs nunciatum esse quatruidui iter a Laodicea abfuisse, cum Dolabella eo tenderet. Quamobrem opinione celerius confido sceleratissimum latronem paratus daturum. Quarto Nonas Iunias, Pergæ.

258 C. TREBONIUS M. T. C. S. P. D.

16.

Suales bene est: ego quidem ualeo. Athenas ueni ad XI. Calendas Iunij, atq; ibi, quod maxime optas

optabam, uidi filium tuum deditum optimis studijs,
 summaq; modestiæ fama. Quæ ex re quantam uolu-
 ptatem ceperim, scire potes etiam me tacente. non
 enim nescis quanti te faciam, & quam pro nostro ue-
 terimo, uerissimog; amore, omnib; tuis etiam minimis
 commodis, non modo tanto bono, gaudeam. *Noli*
 putare mi Cicero me hoc auribus tuis dare: *nihil*
 lescente tuo, atq; adeo nostro (nihil enim mihi a te po-
 test esse seiunctum) aut amabilius omnibus ijs, qui
 Asienis sunt, est: aut studiosius earum artium, quas tu
 maxime amas, hoc est optimarum. Itaq; tibi, quod
 uere facere possum, libenter quoq; gratulor, nec mi-
 nus etiam nobis: quod cum, quem necesse erat dilige-
 re, qualiscunq; esset, talem habemus, ut libenter quo-
 que diligamus. Qui cum mihi in sermone inieciisset, se
 uelle Asiam uisere: non modo inuitatus, sed etiam ro-
 gatus est a me, ut id potissimum nobis obtinentibus
 prouinciam faceret. Cui nos & caritate & amore
 tuum officium præstaturos, non debes dubitare. Illud
 quoq; erit nobis curæ, ut Cratippus una cum eo sit,
 ne putes in Asia feriaturum illum ab ijs studijs, in quæ
 tua cohortatione incitatur, futurum. Nam illum para-
 tum ut uideo, & ingressum pleno gradu, cohortari
 non intermittemus, quo indices longius discendo exer-
 cendoq; se, procedat. Vos quid aggeretis in Republi-
 ca, cum has literas dabam, non sciebam. Audiebam
 quædam turbulenta, quæ scilicet cupio esse falsa, ut
 aliquando ociosa libertate fruamur: quod uel minime
 adhuc mihi contigit. Ego tamen nactus in nauigatio-
 ne nostra pusillum laxamenti, concinnaui tibi munu-
 sculum ex instituto meo: & dictum, cum magno no-
 sc. condidit. Pro

synth. pag:
 262.

nanaiscor

pro honore a te dictum, conclusi, & tibi infra subscripsi, in quibus uersiculis, si tibi quibusdam uerbis exprobror, uidebor, turpitudine personæ eius, in quam liberius inuehimur, nos uindictabit. Ignoscet etiam iracundiæ nostræ, quæ iusta est in eiusmodi homines & ciueis. Deinde, qui magis hoc Lucilio licet erit assumere libertatis, quā nobis? cum etiam si odio pari fuerit in eos, quos læsit, tamen certe non magis dignos habuerit, in quos tanta libertate uerborum incurreret. Tu, sicut mihi pollicitus es, adiunges me quam primum ad tuos sermones. Namque illud non dubito, quin si quid de interitu Cæsaris scribas, non patriaris me minimam partem & rei, & amoris tui ferre. Vale, & matrem, meosque tibi commendatos habere. VIII. Calend. Iunias, Athenis.

M. T. C. CORNIFICIO COL.
LEGAT. S.

259

17
G Rata mihi uehementer est memoria nostri tua, quam significasti literis: quā ut conserues, non quod de tua constantia dubitem, sed quia mos est ita rogandi rogo. Ex Syria nobis tumultuosiora quædam nunciata sunt: quæ, quia tibi sunt propiora quam nobis, tua me causa magis mouent, quam mea. Roma summum ofitium est, sed ita, ut malis salubre aliquid quod & honestum negocium: quod spero fore, quia uideo id curæ esse Cæsari. Me scito, dum tu absis, quasi occasionem quandam & licentiam nactum, scribere audacius: & cetera quidem fortasse, quæ etiam tu concederes. Sed proxime scripsi de optimo genere dicendi: in quo sæpe suspicatus sum te a iudicio

scire *scire*
 cio nostro, sic scilicet, ut doctum hominem a non indo-
 cto, paululum disidere. Huic tu libro, maxime uelim
 ex animo, si minus, gratiæ causa suffragere. Dicana
 tuis, ut cum, si uelint describant, ad teq; mittant. Pua
 to enim etiam si rem minus probabis, tamen in ista so- *gub. scire*
 litudine quicquid a me profectum sit, iucundum tibi
 fore. Quod mihi existimationem tuam, dignitatemq;
 commendas, facis tu quidem omnium more: sed uelim
 sic existimes, me, cum amori, quem inter nos mutuum
 esse intelligam, plurimum tribuam, tum de summo in-
 genio, & de optimis tuis studijs, & de spe amplissi-
 mæ dignitatis ita iudicare, ut neminem tibi antepo-
 nam, comparem paucos. Vale.

CICERO CORNIFICIO COL

LEGAB S. D.

250

18
 Quid extremum fuit in ea epistola, quam a te
 proxime accepi, ad id primum respondebo.
 Animaduerti enim hoc uos magnos oratores facere
 nonnunquam. Epistolas requiris meas: ego autem nuna
 quam, cum mihi denunciatum esset a tuis ire aliquem,
 nō dedi. Quod mihi uideor ex tuis literis intelligere,
 te nihil commissurum esse tenere, nec ante, quam scis-
 ses, quo iste nescio qui Cæcilius Bassus erumperet,
 quicquā certi constituturū: id ego & sperabam, pru-
 dentia tua fretus, & ut considerem, fecerunt tuæ
 grauissimæ literæ. Idq; ut facias quam sapiissime, ut
 & quid tu agas & quid agatur, scire possim, et etiā
 quid acturus sis, ualde te rogo. Esi periniquo patie-
 bar animo te a me digredi: tamen eo tempore me cō-
 solabar, quod & in summum etiam ocium te ire arbi-
 trar

trabar, & impendentib. magnis negocijs discedere. Vtrunq; contra accidit. Istic enim bellum est exortum: hic pax consecuta: sed eiusmodi pax, in qua, si adesses, multa te non delectarent: ea tamen, quæ ne ipsi sum Cæsarem quidem delectant. Bellorum enim civilium hi semper exitus sunt: ut non solum ea fiant, quæ uelit uictor, sed etiam, ut ijs mos gerendus sit, quibus adiutoribus parta sit uictoria. Equidem sic iam obdormui, ut ludis Cæsaris nostri æquisimo animo uiderem T. Plancum, audirem Laberij & Publij poemata. Nihil iam deesse scito, quam qui cum hæc familiariter docteq; rideam. Is tu eris, si quam primum ueneris. Quod ut facias, non mea solum, sed etiam tua interest arbitror. Vale.

261 M. T. C. CORNIFICIO S. D.

Libentissime legi tuas literas, in quibus iucundissimum mihi fuit, quod cognoui meas tibi redditas esse. Non enim dubitabam, quin eas libenter lecturus esses: uerebar, ne redderentur. Bellum, quod est in Syria, Syriamq; provinciam tibi tributam esse a Cæsare ex tuis literis cognoui: eandem rem tibi uolo bene & feliciter euenire. Quod ita fore confido, fretus & industria & prudentia tua. Sed de Partib. ci belli suspicione, quod scribis, sane me commouit. Quantum copiarum haberes, cum ipse coniectura consequi poteram, tum ex tuis literis cognoui. Itaq; opto, ne se illa gens moueat hoc tempore, dum ad te legiones eæ perducantur, quas audio duci. Quod si pares copias ad constigendum non habebis, non te fugiet uti consilio M. Bibuli, qui se oppido munitissimo, & copios

optimissimo, tamdiu tenuit, quamdiu in prouincia
 parthi fuerunt. Sed melius ex re & ex tempore con-
 stituit. Mihi quidem usq; curæ erit quid agas, dum,
 quid egeris, sciero. Literas ad te, nunquam habui cui
 darem, quin dederim. A te, ut idem faciās, peto: in pri-
 misq; ut ita ad tuos scribas, ut me tuum sciant esse.

M. T. C. CORNIFICIO COL-
 LEGAE. S. 262

20
 Ratæ mihi tuæ literæ, nisi quod Sinuessanum di-
 uersoriorum contempsisti. Quam quidem contum-
 eliam ulla pusilla iniquo animo feret, nisi in Cumas
 no & Pompeiano reddideris πέντα μῶν: πένταρον.
 Sic igitur facies, meq; amabis, & scripto aliquo la-
 cesses. Ego enim respondere facilius possum, quam
 provocare. Quod si, ut es, cessabis, lacessam, ne tuā
 ignavia etiam inertiam afferat. Plura ociosus, Hæc,
 cum essem in senatu, exaravi. Vale.

M. C. CORNIFICIO S. D. 263

21
 Caius Anitius familiaris meus, uir omnibus reb.
 Cornatus, negotiorum suorum causa legatus est
 in Apurricam, legatione libera. cum uelim, rebus omni-
 bus adiues, operamq; des, ut quam commodissime
 sua negocia conficiat. In primisq;, quod ei carissim-
 um est, dignitatem eius tibi commendo. Idq; a te pe-
 to, quod ipse in prouincia facere sum solitus non roga-
 tus, ut omnibus senatoribus lictores darem: quod idem
 acceperam & cognoueram a summis uiris factitia-
 tum. Hoc igitur mi Cornifici facies: cæterisq; rebus
 b omni

omnibus eius dignitati, reiq; si me amas, consules. id
erit mihi gratissimum. Da operam ut ualeas.

Nos hic cum homine gladiatore, omnium nequissi-
mo collega nostro Antonio bellum gerimus,
sed non pari conditione: contra arma uerbis. At etiā
de te concionatur, nec impune: nam sentiet quos la-
cessierit. Ego autem acta ad te omnia arbitror perferri
bi ab alijs a me futura debes cognoscere, quorum quis-
dem nō est difficilis coniectura. Oppressa omnia sunt,
nec habent ducem boni, nostriq; *trouerunt* lena-
ge gentium absunt. Pansa & sentit bene, & loqui-
tur fortiter: Hirtius noster tardius conualescit. Quid
futurum sit, plane nescio. Spes tamen est una aliquan-
do populum Romanum maiorum similem fore. Ego
certe Reipub. non deero: & quicquid acciderit, a
quo mea culpa absit, animo forti feram. Illud pro-
fecto quoad potero, tuam famam & dignitatem tue-
bor. Ad XIII. Calend. Ianuar. Senatus si equeus
mibi est assensus, cum de cæteris rebus magnis & ne-
cessarijs, tum de prouincijs, ab ijs qui obtinerent, re-
tinendis, neque cuiquam tradendis, nisi qui ex senatus
consulto succēssit. Hoc ego cum Reipub. causa ce-
sui, tum mehercule inprimis retinendæ dignitatis
tuæ. Quamobrem te amoris nostri causa rogo, Rei-
pub. causa hortor, ut ne cui quicquā iuris in tua prou-
incia esse patiare: atq; ut omnia refras ad dignita-
tem, quā nihil potest esse præstantius. Vere tecum co-
gam, ut necessitudo nostra postulat. in Sempronio, si
meis

meis literis obtemperasses, maximam ab omnib. laudem adeptus esses. Sed illud & præterijt, & leuius est. Hæc magna res est. Fac ut prouinciam retineas in potestate Reipub. Plura scripsissem, nisi tui festinas rent. Itaq; Cherippo nostro me uelim excuses. Vale.

M. T. C. P. CORNIFICIO S. P. D. 255

OMnem conditionem imperij tui, statumq; prouinciæ mihi demonstrauit Tratorius. O multa intolerabilia locis omnibus. Sed quo tua maior dignitas, eo, quæ tibi acciderunt, minus ferenda. Neque enim, quæ tu propter magnitudinem & animi & ingenij moderata fers, a te non ulciscenda sunt, etiamsi non sint dolenda. Sed hæc posterius.

M. T. C. CORNIFICIO S. P. D. 266

Rerum urbanarum acta tibi mitti certo scio: quod ni ita putarem, ipse perscriberem, inprimisq; Caesaris Octauiani conatum, de quo multitudini fictum ab Antonio crimen uidetur, ut in pecuniam adolescentis impetum faceret. Prudentes autem & boni uiri, & credunt factum & probant. Quid quæris? magnas res est in eo. Nihil est quod non existimeatur laudis & gloriæ causa facturum. Antonius autem noster familiaris, tanto se odio esse intelligit, ut cum interfectores suos domi comprehenderit, rem proferre non audeat. Itaq; ad VII. idus Octob. Brundisium uenerat, profectus obuiam legionibus Macedonicis IIII. quas sibi conciliare pecunia cogitabat, & ad urbem adducere, & in ceruicibus nostris collocare.

b 2

Habes

23

24
in geminis

Habes formam Reipub. si in castris potest esse Reipub. in qua tuam uicem saepe doleo, quod nullam partem per aetatem sanæ & saluæ Reipub. gustare potuisti. Atq; antebac quidem sperare salutē licebat: nunc etiam illud ereptum est. Quæ enim spes est, cum in concione dicere ausus sit Antonius, Canutium apud eos sibi locum quærere, quibus se saluo locus in ciuitate esse non posset. Equidem & hæc & omnia quæ homini accidere possunt, sic fero, ut Philosophiæ hæbeam magnam gratiam, quæ non modo me a solitudine abducit, sed etiam contra omnes fortunæ impetus armat. tibiq; idem censeo faciendum, nec a quo culpa absit, quicquam in malis numerandum. Sed hæc tibi melius. Tratorium nostrum cum semper probassem, tum maxime in tuis rebus summam eius fidem, diligentiam, prudentiamq; cognoui. Da operam, ut ualeas: hoc mihi gratius facere nihil potes.

267 M. T. C. S. P. D. CORNIFICIO.

25

EGo nullum locum prætermitto (nec enim debeo) non modo laudandi tui, sed ne ornandi quidem. Sed mea studia erga te et officia malo tibi ex tuorum literis, quam ex meis esse nota. Te tamen hortor, ut omni cura in Rempublicam incumbas, hoc est animi, hoc est ingenij tui, hoc est eius spei, quam habere debes amplificandæ dignitatis tuæ. Sed hæc de re alias ad te pluribus. Cum enim hæc scribebam, in expectatione erant omnia, nondum legati redierant, quos senatus non ad pacem deprecandam, sed ad bellum denunciandum miserat, nisi legatorum nuncio paruis-

paruis-

paruisset. Ego tamen, ut primū occasio data est, meo pristino more Rempub. defendi: me principem senatus, populoq; Romano professus sum: nec postea, quam suscepi causam libertatis, minimum tempus ami si tu endæ salutis libertatisq; communis. Sed hæc quoq; te ex alijs malo. T. Pinnarium familiarissimum meum, tanto tibi studio cōmendo, ut maiore non possim. Cui cum propter omnes uirtutes, tum etiam propter studia communia sum amicissimus. Is procurat rationes, negotiaq; Dionysij nostri, quem & tu multum amas, & ego omnium plurimum. Ea tibi ego non debeo cōmendare: sed commendo tamen. Facias igitur, ut ex Pinnarij gratissimi hominis literis tuum et erga illū & erga Dionysium studium perspiciamus. Valc.

M. T. C. D. COR.

NIFICIO.

368

Liberalibus literas accepi tuas, quas mihi Cornificius altero uigesimo die, ut dicebat, reddidit. Eo die non fuit senatus, neq; postero. Quinquatribus frequenti senatu causam tuam egi non inuita Minerva. Etenim eo ipso die senatus decreuit, ut Minerva nostra, custos urbis, quam turbo deiecerat, restituere-tur. Pansa tuas literas recitauit. Magna senatus approbatio consecuta est cum summo gaudio, & offensione Minotauri, id est, Caluisci, & Tauri. Factum de te S. C. honorificum. Postulabatur autem, ut etiam illi notarētur: sed Pansa clementior. Ego mi Cornifici quo die primū in spem libertatis ingressus sum, & cunctantibus cæteris ad XIII. Calend. Ianu. fundamenta Reipub. ieci: eo ipso die prouidi multum, atq; habui

b 3

ratio

rationem dignitatis tuæ. Mihi enim est assensus senatus de obtinendis provincijs. Nec uero postea destitui labefactare eum, qui summa cum tua iniuria, conuulsiq; Reipublicæ, provinciam absens obtinebat. Itaque crebras, uel potius quotidianis compellationes meas non tulit, seq; in urbem recepit inuitus: neque solum spe, sed certe iam et possessione deturbatus est. Meo iustissimo honestissimoque conuicio te tuam dignitatem summa tua uirtute tenuisse, provinciamq; bonoribus amplissimis affectum, uehementer gaudeo. Quod te mihi de Sempronio purgas, accipio excusationem: fuit enim illud quoddam cæcum tempus seruitutis. Ego tuorum consiliorum autor, dignitatisq; fautor, iratus temporibus, in Græciam desperata libertate rapiebar, cum m^r Btesia, quasi boni ciues, relinquentem Rempublicam prosequi noluerunt. Auferque aduersus maximo flatu me ad tribuleis tuos Rhegiū retulit: atq; inde uentis, remisq; in patriam omni festinatione properaui, postridieq; in summa reliquorum seruitute liber unus fui. Sic sum in Antonium inuectus, ut ille non ferret, omnemq; suum uinolentium furorem in me unum effunderet: meq; cum elicere uellet ad cædis causam, tum tentaret insidijs: quem ego ructantem et nauseantem conteci in Cæsaris Octauiani plagas. Puer enim egregius præsidium sibi primum, et nobis, deinde summæ Reipublicæ comparauit: qui nisi fuisset, Antonij reditus a Brundisio peris patriæ fuisset. Quæ deinceps acta sint, scire te arbitror. Sed redcamus ad illud, unde deuertimus. Accipio excusationem tuam de Sempronio: neque enim statui, quid in tanta perturbatione habere potuisti.

Nunc

Nunc hic dies aliam uitam affert, alios mores postulat, ut ait Terentius. Quamobrem mi Quinte, con-
 scende nobiscum, & quidem ad puppim. Vna naui
 est iam bonorum omnium, quam quidem nos damus
 operam, ut rectam teneamus, utinam prospero cursu.
 Sed quicumq; uenti erunt, ars nostra certe non aberit.
 Quid enim præstare aliud uirius potest? Tu fac, ut
 animo magno sis & excelso: cogitesq; omnem digni-
 tatem tuam cum Republica coniunctam esse debere.
 P. Luceium mihi meum commendas, quem quibuscun-
 que rebus potero, diligenter tuebor. Hirtium qui-
 dem & Pansam collegas nostros, homines in consula-
 tu Reipub. salutareis, alieno sane tempore amisimus,
 Rep. Antoniano quidem latrocinio liberata, sed non-
 dum omnino explicata: quam nos, si licebit, more no-
 stro tuebimur: quanquam admodum sumus iam defati-
 gati. SED NULLA LASSITUDO impe-
dire officium & fidem debet. Verum hæc hætenus.
 Ab alijs te de me, quam a me ipso, malo cognoscere.
 De te audiebamus ea quæ maxime uellemus. De Cn.
 Minutio, quem tu quibusdam literis ad cælum laudi-
 bus extulisti, rumores duriores erant. Id quale sit,
 omninoq; quid istic agatur, facias me uelim certiorē.
 Q. Turius, qui in Africâ negociatus est, uir bonus
 & honestus hæredes fecit similes sui. Cn. Saturninū,
 Sext. Aufidium, Cn. Anneum, Q. Confidium Gallum,
 Lucium Seruiliū Posthumum, C. Ruellinum ex eo-
 rum oratione intellexi gratiarum actione eos magis
 egere, quam cōmendatione. Tanta enim liberalitate
 se tua uos prædicabant, ut ijs plus a te tributū intel-
 ligerem, quā ego auderem te rogare: audebo tamen:

scio enim quantum ponderis mea commendatio sit habitura. Quare a te peto, ut ad eam liberalitatem, quam sine meis literis usus es, quam maximis his literis cumulus accedat. Caput autem est meae commendationis, ne patiare Erotem Turium Q. Turij libertum, ut ad huc fecit, hereditatem Turianam auertere, ceterisque omnibus rebus habeas eos a me commendatissimos. Magnam ex eo splendore & obseruantia capies uoluptatem. Quod ut uelis, te uehementer etiam atque etiam rogo. Vale.

269 M. T. C. S. P. D. CORNIFICIO.

27 **S**extus Aufidius & obseruantia, qua me colit, accedit ad proximos: & splendore equitis Romani nemini cedit. Est autem temperatis, moderatisque moribus, ut summa severitas, summa cum humanitate iungantur. Cuius tibi negotia, quae sunt in Africa, ita commendo, ut maiore studio, magisque ex animo commendare non possim. Pergratum mihi feceris, si deris operam, ut intelligat meas apud te literas maximum pondus habuisse. Hoc te uehementer mi Cornifici rogo. Vale.

270 M. T. C. S. P. D. CORNIFICIO.

28 **A**ssentior tibi eos, quos scribis Lilybaeo minari, isthic poenas dare debuisse: sed metuisti, ut aus, ne nimis liber in ulciscendo uiderere. Metuisti igitur, ne grauis ciuis, ne nimis fortis, ne nimis te dignus uiderere. Quod societatem Reipublicae conseruandae tibi mecum a Patre acceptam renouas, gratum est: quae societas

societas inter nos semper mi Cornifici manebit. Gratium etiam illud, quod mihi tuo nomine gratias agendas non putas: nec enim id inter nos facere debemus. Senatus sapius pro dignitate tua appellaretur, si ab senibus Consulibus unquam, nisi ad rem nouam, cogere retur. Itaque nec de H-S. XX. nec H-S. DCC. quicquam agi nunc per senatum potest. Tibi autem ex senatusconsulto imperandum, mutuumque sumendum censo. In Rep. quid agatur, credo te ex eorum literis cognoscere, qui ad te acta debent perscribere. Ego sum spe bona: consilio, cura, labore, non desum: omnibus inimicis Reip. esse me acerrimum hostem prae me fero. Res neque nunc difficili loco mihi uidetur esse, et fuisset facilimo, si culpa a quibusdam abfuisset. Vale.

*vicies fester-
cinn*

M. T. C. S. P. D. CORNIFICIO. 278

Non modo te, cui omnia nostra notissima sunt, sed neminem in Pop. Rom. arbitror esse, cui sit ignota ea familiaritas, quae mihi cum L. Lamia est. Etenim magno theatro spectata est tum, cum est ab A. Gabinio consule relegatus, quod libere et fortiter salutem meam defendisset. Nec ex eo amor inter nos natus est sed quod erat uetus et magnus, propterea nullum periculum pro me adire dubitauit. Ad haec officia uel merita potius, iucundissima consuetudo accedit, ut nullo prorsus plus homine delecter. Non puto te iam expectare, quibus eum tibi uerbis commendem, cauissimam enim tanti amoris intelligis: quae uerba desideret, ijs me omnibus usum putato. Tantum uelim existimes, si

29

b 5

b 5

buscunq; rebus opus erit, defenderis, gratius mihi futurum, quam si ea tua liberalitas pertinisset ad rem familiarem meam. Nec dubito, quin sine mea commendatione, quod tuum est iudicium de hominibus, ipsius Lamiæ causa studiose omnia facturus sis. quanquam erat nobis dictum, te existimare alicui senatusconsulto, quod contra dignitatem tuam fieret, scribendo Lamiam affuisse: qui omnino Consulibus illis nunquam fuit ad scribendum: deinde omnia tum falsa, senatusconsulto deferebantur. Nisi forte etiam illi Sempromio senatusconsulto me censes abfuisse: qui ne Romæ quidem tum fui, ut de eo ad te scripsi re recenti. Sed hæc haëtanus. Te mi Cornifici, etiam atq; etiam rogo, ut omnia Lamiæ negocia, mea putes esse, curetq; ut intelligat hanc commendationem maximo sibi usui fui fuisse. Hoc mihi gratius facere nihil potes. Cura ut ualeas.

272 M. T. C. S. P. D. CORNIFICIO.

30

ITane præter litigatores, nemo ad te meas literas multæ istæ quidem, tu enim perfecisti, ut nemo sine literis meis tibi se commendatū putaret, sed quis unquam tuorum mihi dixit esse, cui darem, quin dederim? aut quid mihi iucundius, quam, cum coram te cum loqui non possim, aut scribere ad te, aut tuas legere literas? Illud magis mihi solet esse molestum, tantis me impediri occupationibus, ut ad te scribendi meo arbitratu facultas nulla detur. Non enim te epistolis, sed uoluminibus lacefferem: quibus quidem me a te prouocari oportebat. Quamuis enim occupatus
[15]

sis, ocij tamen plus habes. Aut si ne tu quidem uacas,
noli impudens esse, nec mihi molestiam exhibere, &
me literas crebriores, cum tu mihi raras mittas, fla-
gitare. Nam cum antea distinebar maximis occupa-
tionibus, propterea quod omnibus curis Rempubli-
cam mihi tuendam putabam, tum hoc tempore multo
distineor uehementius. ut enim grauius agrotant ij,
qui, cum leuati morbo uiderentur, in eum de integro
inciderunt: sic uehementius nos laboramus, qui pro-
fligato bello ac pene sublato, renouatum bellum ge-
rere conamur. Sed hæc hæc hactenus. Tu tibi mi Corni-
fici fac ut persuadeas, non esse me tam imbecillo ani-
mo, ne dicam inhumano, ut a te uinci possim aut offi-
ciji aut amore. Non dubitabam e quidem, ueruntam-
en multo mihi notio rem amorem tuum effecit Cbe-
rippus. O hominem semper illum quidem mihi aptū,
nunc uero etiam suauem. Vultus mebercule tuos mihi
expressit omnes: non solum animum ac uerba pertu-
lit. Itaq; noli uereri, ne tibi succensuerim, quod eo-
dem exemplo ad me, quo ad cæteros. Requisiui equi-
dem proprias ad me unum a te literas: sed neq; uehe-
menter & amanter. De sumtu, quem te in rem mi-
litarem facere & fecisse dicis, nihil sane possum tibi
opitulari, propterea, quod & orbus senatus consuli-
bus amissis, & incredibiles angustia pecuniæ publi-
cæ: quæ conquiritur undiq; ut optime meritis militi-
bus promissa soluantur: quod quidem fieri sine tribu-
to posse non arbitror. De Accio Dionysio nihil puto
esse, quoniā mihi nihil dixit Tratorius. De Publio Lu-
ccio nihil tibi concedo, quod studiosior eius sis, quam
ego sum: est enim nobis necessarius. Sed a magistris
cuna

cum contenderem de proferendo die, probauerunt mihi sese, quo minus id facerent, & compromisso et iurando impediri. Quare ueniendum arbitror Lucio: quanquam si meis literis obtemperauerit, cum tu hæc leges, illum Romæ esse oportebit. Cæteris de rebus, maximeq; de pecunia, cum Pansæ mortem ignorares, scripsisti, quæ per nos ab eo consequi te posse arbitrarere: quæ te non sefellissent, si uiueret: nam te diligebat. Post mortem autem eius quid fieri posset, non uidebamus. De Venuleio, Latino, Horatio, ualde laudo. Illud non nimium probo, quod scribis, quo nullo animo æquiore ferrent, te tuis etiam legatis lictores ademisse. Honore enim digni cum ignominia digni non erant comparandi: eosq; ex senatusconsulto, si non decedunt, cogendos, ut decedant, existimo. Hæc scripsit ad eas literas, quas eodem exemplo binas accepi. De reliquo, uelim tibi persuadeas, non esse mihi meam dignitatem tua cariorem.

Vale.